



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

De Sacerdote ut privata persona pro Toleratis, & non Toleratis, num. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

cujus legatus, sacra officia, & Sacrificia celebrat: & in his duobus agit Sacerdos personam publicam. Tercio repræsentat suammet personam, & sic agit personam omnino privatam: sicut enim possunt hoc Sacrificium offerre Deo, circumstantes, vel dantes stipem, ut privatæ personæ, sic poterit & ipse Sacerdos. His positis.

*De Sacerdote ut privata persona
pro Toleratis, & non Toleratis.*

3 **D**ico Primo. Sacerdos, ut privata persona, potest a applicare, seu offerre Missam, pro Excommunicatis, sive Toleratis, sive non Toleratis: quidquid dicat Faber, & Lagomus apud Dianam. ^b Ratio est, quia Ecclesia excommunicatos privat solum communibus, hoc est, publicis suffragiis,

^a Coniunct. ib. n. 37.

^b Dian. p. 5 tr. 9. res. 77.

giis : atque adeo solum Sacrificio,
ut offertur in persona Christi , vel
Ecclesiæ.

§ Hinc infero, etiam posse Sacer-
dotem in Sacrificio orare, pro dictis;
dummodo, id faciat, *a* privatim, seu
solamente, & non per orationes, quæ
nomine Ecclesiæ dicuntur, ut item
posse in Memento *b* orare pro iisdem,
quia, ut dictum est, hoc modo Sacer-
dos agere potest nomine privato,
non vero Christi, & Ecclesiæ Immo,
proptereaſdem rationes, dum dicie
orationes publicas, v. g. orationem
pro infirmis , potest, animo suo
privato, intelligere infirmum ex-
communicatum, etiam non tolera-
tum.

De

a Coninckib. & Delugo diſput. de
Euch. 19 ſect 10 n. 185.

b Idem & Gordonus, & Gorr. cio apud
Dian pag. 5. tr. 9 reſ. 77.